



Index Librorvm Prohibitorvm Alexandri VII

Alexander

Romae, 1667

XC. Sanctæ Inqvisitionis. Feria v. Die 15. Iulij 1666.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81440)

signatum, & munitum fuit. ROMÆ in Palatio Apostolico Quirinali die 10. Aprilis 1666.

M. Card. Cinetus.

Loco† sigilli.

Fr. Vincentius Fannus Ord. Præd. Sac. Congreg. Secr.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi 1666. Indictione quarta, die verò 10. mensis Aprilis, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri, diuina Providentia Papæ VII. anno eius vndecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum Sanctiss. D. N. Papæ Curforem.

Hilarius Centellus Curforum Mag.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Camera Apostolicæ. 1666.

XC.

SANCTÆ INQUISITIONIS.

Feria v. Die 15. Iulij 1666.

PRODIIT mensibus elapsis libellus quidam idiomate Gallico impressus absque nomine auctoris, & sine loco impressionis, cui titulus: *Recit de ce qui s'est passé au Parlement au sujet de la Bulle de nostre Saint Pere le Pape Alexandre VII. contre les Censures de Sorbonne.* Cumque Sanctiss. D.N. Alexandro prædicto, ac Eminentissimis, & Reuerendissimis DD. Cardinalibus supremis, & generalibus Inquisitoribus in tota Republica Christiana innotuerit libellum prædictum falsitatibus, & erroribus vndeque esse refertum, Auctoremque omnia suo capite componere, contineréque propositiones erroneas, & scandalosas, Sanctissimo Domino Nostro, & Sanctæ Sedis auctoritati iniuriosas. Sanctitas sua huic malo occurrere volens, quod in perniciem Reipublicæ Christianæ veri posset. Auditis votis Eminentissimorum supradictorum mandauit, atque decreuit, libellum prædictum omnino prohiberi, prout præsentis decreto damnat, & prohibet, ac sub pœnis in Indice librorum prohibitorum contentis decernit, ne quis libellum prædictum apud se retinere, legere, vel quocumque idiomate imprimere, vel imprimi facere audeat, sed eundem libellum, vel locorum Ordinarijs, vel hæreticæ prauitatis Inquisitoribus, statim tradere, & consignare teneatur.

Ioannes Lupus Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis Not.

Locus† sigilli.

Anno à Natiuitate D.N. IESV Christi millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto, Indictione quarta, die verò 20. mensis Augusti, Pontificatus autem Sanctiss. in Christo Patris, & D.N.D. Alexandri diuina Providentia Papæ VII. anno duodecimo, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, ac in acie Campi Floræ, ac in alijs locis solitis, & consuetis Urbis per me Carolum Melanum eiusdem Sanctiss. D. N. Papæ, & Sanctissimæ Inquisitionis Curforem.

ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Camera Apostolicæ. 1666.

DECRE-